

memoria, propterea nimirum quod, ut verbis
 ipsissimis illustrissimi de *Westphalen* in disquisitione
*de origine potentatus*¹²⁾ utar, ne sine pig-
 nore mihi credas, *quodlibet territorium regulas*
habet suas, suamque normam in radicibus legum
domesticarum axiomaticum instar immotarum.
 Quae cum ita sint coronam civicam nostram
 puta dignitatem et pileum doctoralem, quibus
 virtutem eorum ornavit Themis Jenensis et Mo-
 guntiaca, optime meruisse mihi videntur *Bern-*
*hard Gottlieb Huldreich Hellfeld*¹³⁾, nec non
*Henricus Hersmeyer Eichsfeldensis*¹⁴⁾ atque

12) pag. 8. 9.

13) Illius dissertatio inauguralis *de fideicommissis fa-*
miliarum illustrium eorumque, si alienata sunt,
revocatione defensa et publicata est *Jenae*
 a. d. IX. Octobris 1779.

14) Dissertatio eius inauguralis *de pactis gentilium*
familiarum illustrium atque nobilium Germaniae
ex rationibus autonomiae earundem familiaris
privatas strictim atque unice diiudicandis;
 vulgo: von den in der Privat-Familiens-
 Gesetzgebungs-Freiheit hauptsächlich begrün-
 deten Haus- und Stammverträgen des hohen
 und niedern deutschen Adels prodiit *Mo-*
guntiae 1773.